

Caroli a Linné ... Termini botanici classium methodi sexualisgenerumque plantarum characteres compendiosi / Recudi cum interpretatione Germanica definitionum terminorum curavit Paulus Dietericus Giseke.

Contributors

Linné, Carl von, 1707-1778.

Publication/Creation

Hamburgi : C.W. Meyn for sumptibus B.C. Heroldi viduae, 1787.


Persistent URL


<https://wellcomecollection.org/works/mm796cg4>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.





21570
CAROLI A LINNÉ, M. D.
EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI, ARCHIATRI REGIS SUECIE.
ACADD. SCIENT. FERE OMNIUM MEMBRI, FUNDI
HAMMARBY DOMINI, REL.

TERMINI BOTANICI
CLASSIUM METHODI
SEXUALIS
GENERUMQUE PLANTARUM
CHARACTERES COMPENDIOSI

RECUDI CUM INTERPRETATIONE GERMANICA
DEFINITIONUM TERMINORUM CURAVIT

PAULUS DIETERICUS GISEKE M. D.
PHYS. PROF. IN GYMNASIO HAMB. ET BIBLIOTHECAR. SECUNDUS,
INSTITUTI REGII HISTORIARUM GOETTING.
ET SOCIET. ELECTOR. LIPS. SODALIS.

EDITIONI HUIC ALTERI ACCESSERUNT
FRAGMENTA ORDINUM
NATURALIUM LINNÆI,
NOMINA GERMANICA *PLAÑERI* GENERUM,
GALLICA ET ANGLICA TERMINORUM,
ET INDICES.

HAMBURGI
SUMPTIBUS B. CHR. HEROLDI VIDUÆ
EXCUDIT CAR. WILH. MEYN
MDCCLXXXVII.



ILLUSTRI ELECTORALI
SOCIETATI
Œ C O N O M I C Æ
QUÆ LIPSIAE FLORET


UT GRATUM ANIMUM TESTETUR
QUOD INTER EJUS SODALES RECEPTUS EST

QUUM ALIO MODO NON POSSIT

LIBELLUM HUNC

D. D. D.

AUCTOR.





PRÆFATIO.

Quod in priore hujus libelli editione vix expectassem, factum tamen est, ut nempe mites amicique censores mihi, opellæ vero fat avidi emtores contingerent. Quare exemplis illius venditis, Bibliopola amicus, qui in eam sumtus impenderat, indicavit, se iterum prelo subjeturum fore librum, cui si accessiones & emendationes paratas haberem, adderentur illæ. Aliquoties eo in tradenda Botanica usus, plura vidi, quibus utilior reddi posset, quæ hic enumeranda sunt, non vanitatis, sed recti usus gratia.

Primo quidem, quum tironibus unice dicatus sit, defectus *Indicis Terminorum* molestus erat, quippe ignorabant simul cum significato termini, sub qua divisione illum quærerent? quem ergo utraque in lingua hic adjeci. Germanicum quidem debent (ante biennium jam conscriptum) Cl. *Oberdörfero*, jam Pharmacopæo apud nos dexterrimo, cui ego numeros tantum adscripsi. Latino aliquot terminos Gallicæ Anglicæque linguæ addidi, sed proprios tantum, quum utriusque gentis Botanici, cum Linnæi systemate ejus vocabula adoptantes, pleraque flexione sola in suum idioma transtulerunt. Potuisset, fateor, hæc indicis pars magis extendi, sed partim orium defuit mihi ad singula excerpenda,

PRÆFATIO.

serpenda, partim minus necessarium duxi, quum qui v. c. AUELETHI descriptiones gallicas legere sustinet, tanta jam peritia instructus habendus sit, ut facile ejusmodi subsidio careat. Ea ergo, quæ flexione tantum gallica sunt vel anglica, sub latina voce quæras, a qua orta sunt.

Alterum erat *Orthotonia*, cui si non a teneris, ut ajunt, unguiculis assuescas, raro adultus Botanicus, certe non sine crebra hallucinatione, dicto-audiens ei fies. Hic vero nata est difficultas, quæ per annum fere editionem remorata est. Non aderant scilicet *typi, lineolis istis insigniti*, quibus indicamus, num syllaba producenda sit an corripienda? in ulla officina typographica Hamburgensi, nec, (quod mireris) aliter, nisi ad hunc finem discrete formis expressi, obtineri poterant. Quorum dein aliunde eorum impensas quum præter reliquas fecerit Cl. *Herold*, Bibliopola, meum est eidem gratum testari animum, quod mihi per eum licuit, genio indulgere; lectores, qui utilitatem inde percipient, scio gratias ipsi habituros. Ita vero iis usus sum, ut in *prima parte* Terminum quemque, ubi primum occurrit, signarem, dein non amplius, quum nec definitionem repetivi, sed ad eum locum ablegavi, ubi ea exstet. Nec syllabas positione longas, nec quæ vocalem ante vocalem habet signavi, quum illæ, vel ab ignorantibus regulas raro corripiantur; hæ vero semper breves sint, nisi e græco diphthongo ortæ, atque tunc signavi etiam has; nec aliam nisi penultimam, quum hæc in pronnnciando vocabulum maxime audiatur.

In *altera vero parte* tum origo nominum si græca erat, interdum me duxit, tum si latina, Metrum Poetarum, in quo inquirendo casu olim obvius liber *Olai Borrichii**) multum

*) *Ol. Borrichii Lingua Pharmacopœorum, s. de accurata vocabulorum in Pharmacopœiis usitatum pronnnciatione.* Hafn. 1670. 4. ubi exemplis
Poeta-

PRÆFATIO.

tum me juvit. Sed ubi Poetarum auctoritas me deseruit aut in græco nomine vocalis anceps hæsitantem reliquit, Analogiam fecutus sum cujus pauca exempla proponere liceat, ne cui insolens videar.

Sic COMĀRUM produxi, ob *amārum*
 SOLĀNUM
 NOLĀNA } — — *montānus* *)
 PEUCEDĀNUM }
 LANTĀNA }
 SARĀCAM — ad *analogiam Securidāca*

Excipiendus PLATANUS, quum Romani? id corripuere.

DATŪRA producitur ad Analogiam; *Natura*

Corripiuntur vero GUAJĀCUM, EXĀCUM, ad Analogiam: AMARĀCUS.

— — — — — POLYGŌNUM, CHRYSOGŌNUM ex græco γου.

Pauca signavi, in quibus non bene constat, quomodo pronuncientur, ut *Bucida*, *Samyda*. Omnia vero in *i a* & *i u m* desinentia brevia sunt, nec unquam audiui aliquem pronunciaſſe ROERHAAVĪA, REAUMURĪA &c. quare in his ubique ea signa omiſi. Contra, omnia in *ea* exeuntia producuntur, quasi e græcis adjectivis in *εια* deſiventur, ut CENTAURĒA quasi Κενταυρεια, & sic porro; ſola *Forskoblea* excepta, quum a nomine Botanici dicta ſit. Nec ubi diphthongum penultima habet, longam eſſe indicavi, quum id fere cuique notum ſit.

Poetarum ſyllabarum quantitatem probat; qui utiliſſimus in hunc finem liber pene oblivioni traditus eſt, meliorque quam *Smetii* Proſodia, quæ pauca huiusmodi exempla habet.

*) Verſimile enim mihi eſt *Solani* vocem eodem modo a Solo derivatum eſſe, quo a Monte *montanum*, quippe ſub ſolo naſcatur quæ comedatur pars *Solani* tuberoſi (quam ſpeciem primum credo hoc nomen ſortitum eſſe). In reliquis hoc quidem locum non habet; & *Peucedanum* e græco accentu; ſi lubet, corripitur.

PRÆFATIO.

Dein huic editioni addidi *nomina Germanica Generum PLANERI*, ut quantum hac opella fieri possit, magis etiam eorum usus divulgetur. Id enim solum hætenus improbi laboris præmium est, quod Cl. ille vir tulit, qui incredibili solertia ingenioque Linnæum imitatus est, quod pluribus alio loco probavi. Quum enim tantus dissensus ad id tempus usque in nominibus vernaculis Generum fuerit, ut nulla memoria iis capiendis retinendisque sufficeret, dum Ille Linnæi Genera Plantarum germanice versa dedisset, eaque, quibus Is latina reddidit, passim jam adhibeantur *): non citius putavi ea ulterius innotescere posse, quam si statim cum latino sub examine characteris memoriæ rironis, sponte quasi, mandentur. Aliqua enim appellatione standum est, nec video cur non potius iis, quas ille fancivit, quum omnia a Linnæo descripta genera comprehendat, quam aliis, pro cuiusque lubitu diversis, utamur? Perinde enim res se mihi hic habere videtur, ut olim in primis operum Linnæi ipsius editionibus, cujus nomina, licet initio paucis probata, paulatim tamen ab omnibus universi Orbis Botanicis recepta sunt. Quidni & a solis Germanis popularis sui nomina recipiantur? Neque enim hæc ideo ficta sunt, ut provinciarum singularum nomina *in iis* deleant, æque minus atque olim Linnæana ad Pharmacopoliolorum delenda; sed ut fixum quoddam sit cuique plantæ, quo audito statim scias systematicum latinum, quod quam commodum sit, non eget explicatione. Hanc ob causam solicite nihil mutavi, ne in paucis iis quidem, ubi alia optassem, præter *Cneorum*, ut suo loco indicavi. Ubi enim duo nomina exstant, alterum () inclusum Planeri est, alterum aliud quod prætuli.

Aliud simul ob oculos habui, dum germanica nomina in iis omisi, qui a propriis Botanicorum nominibus dicta sunt.

*) Ut in Cl. ZORN utilissimo opere: *Icones Plantarum officinalium*.

PRÆFATIO.

sunt. Licet enim nihil spatii id occupasset, melius tamen oculos ferit, si primo obtutu spectas, quodnam nomen proprium sit? quum insuper germanice præter terminationem cum latino idem sonat. Aliqua tamen, quæ faciem priorum gerunt, nec vere sunt, parenthesi inclusi, & in *Euphorbia* notissimum vernaculum substitui. Excipienda tamen ex his sunt nova Cel. *Thunbergii* genera quibus loco numeri punct præponuntur (...) neca præp. ulli eorum sive e propriis nominibus sint facta, sive minus, germanicum additum est.

Ut porro eadem opera, quantum fieri posset, tirones inutili quærendi onere levarem, simul patriæ plantas familiares magis redderem (Germanus enim Germanis præcipue hoc scripsi): iis asteriscum (*) præfixi numeris generum, quorum aliqua saltem species in Germania certo crescit, cui tamen Helvetiam jungere visum est. Jam si quis rediens ab excursu in agrum plantas examinat, reperta Classe & Ordine non nisi ea perlustrare Genera ipsi opus est, quibus asteriscum videt præfixum. Si vero in horto stirpes collegerit, quas exoticas esse noverit, contrarium faciet. Sed cautus hic fui, omittendo etiam frequentissimas hortorum plantas, nisi certo mihi constaret quandam speciem ejus generis in aliqua parte Germaniæ spontæ provenire, ut *Roremmarinum*, *Narcissum*, & alia, quæ non signavi. Non enim tantum tædii creabit inquirenti, si frustra inter germanicas quæsivit plantam, & dein ejusdem paginæ genera pro exoticis a me posita perlustrare opus est, quantum si pro indigena habuisset, quæ non est. Idem vidi Cl. *Esperum* in sua *Systematis Naturæ Compendio* germanice edito cum speciebus fecisse, postquam jam meum opusculum fere absolveram, quod, ut dixi supra, ex parte jam ante biennium ultimam modo expectavit limam. At *Arbores*, licet peregrinæ originis essent, ideo tamen inter spontaneas enumeravi, quia cultæ dudum sunt; & frequentius cultas herbarum (*) signavi, licet proprie non spontaneas

PRÆFATIO.

neas, ut *Crocum*, *Secale* & alia. Nullo tamen modo *speciem* assignare licuit, *quæ indigena ista sit?* quum ad eas investigandas Systemate Naturæ Linnæi utique opus sit.

Exscripra sunt ea nomina ex Cl. Murray Edit. ejus XIV. quare & nova *Supplementi* & *Thunbergii* Genera illis inserta sunt, ne quid desit, quamvis parum spei sit, illos, quibus dicatur opusculum, ea genera visuros esse, quo usque hoc solo ipsis utendum est.

Quas ab amicissimo & perspicacissimo *Vablio* dum redux ex egregio itinere botanico me ineunte anno 1786. inviseret, accepi notas exoticis in Generibus, cum ejus venia inserui, qui *αυτόπτης* fuit, adeoque judex maxime competens.

Tandem & LINNÆI *Ordinum naturalium Fragmenta* libello adjeci, ut si quis eo utens Professor velit, dicere de iis posset. Non tamen ea ita, ut *Generum* VI. editio habet, protrusi, sed simul, quæ in *Mantissis* indicata sunt, & e *Supplemento* manifestiora, interposito Asterisco, singulo ordini subjeci. Nec aliter aut volui aut potui facere. Hæc enim omittere nefas, singula vero genera suo loco inferere tironibus parum utile, provectioribus alienum visum fuisset, nec sine magna difficultate fieri potuisset, quum in quibusdam in aperto esset, cui proxima sint? in aliis minime. Id alii operæ servatur. In *Miscellaneis* cum paucis tentavi affinitatem conjicere. *Dubiorum* vero indicem omnino describi oportuit.

Animus quidem fuit, Historiam literariam eorum addere, qui de Terminis scripsere; sed ne nimium increseat præfatio, nomine tenus tantum aliqua delibare licet. *Hier. Tragus* primus fuisse videtur, qui de herbarum nomenclaturis egerit apud Brunsfelsium T. I. fol 1531. sed eam editionem non vidi, credoque hoc ill. *Halleri* effatum potius ad nomina generica pertinere.

Leonbardus autem *Fuchsus* in sua plantarum Historia Tub. 1542. fol. definitiones dedit terminorum proprie dicto-

PRÆFATIO.

dictorum, easque ut a doctissimo viro expectes bonas. Multum quoque in iis, ut in Botanica generatim, laboravit *Joach. Jungius* circa annos 1640. - 1657. quod ejus posthuma testantur *Isagoge phytoscopica & Doxoscopiæ physicæ* minores.

Hunc magni fecit *Jo. RAJUS*, qui primæ Floræ Cantabrigiæ editioni 1660. 8. addidit terminorum explicationes; una cum nominum genericorum *Etymologiis*; aliis additis priores auctos præfixit etiam *Historiæ suæ Plantarum Tomo I. Londini 1686. fol.*

Sui Systematis vocabula exposuit etiam *Jos. PITTON DE TOURNEFORT* in *Institutionibus Rei herb. Paris. 1694. 8.*

Sed quum *CAR. LINNÆUS* Botanicam reformaret, multos novos introduxit terminos, e *Rei rusticæ* *Scriptoribus Romanis*, *Plinio*, & *Poetis* sumtos, sed oblivioni traditos; quibus singulis certam significationem affixit, quos in *Philosophia botanica a. 1751.* demum explicavit, dein excerpfit & peculiari *Dissertatione Resp. Jo. Elmgren Upsaliæ 1762.* definivit, inserta *Amoenit. acad. Vol. VI. p. 217.* (numeris 673) quæ postea nude h. e. sine ulteriori explicatione recusa est auctore *Cl. Jo. Beskmanno*, *Lips. 1767. 8.* (numeris 707; sed deest *Qualitas*); cum explicatione vero & figuris a clariss. viris *FRSCO. XAV. LIPPIO*, in *Enchiridio botanico Vindob. 1766. 8.* & *CAR FRID. REUSS* in *Compendio Botanices Tubingæ 1774. 8.* cum terminorum (non definitionum*) *germanica* interpretatione, recusum & auctum *ibid. 1784.* quæ ex parte a *Cl. CARL FRIED. DIETE-*

*) Hoc enim Ejus opus a meo libello differt, quod *Is latine* terminos explicaverit, ego vero germanice; neque nego Ejus librum ob exempla & figuras meo præstare, tantum abest, ut illas rejicerem; attamen alterutrum addere dubitavi ob rationes in *Imæ* edit. Præfatione indicatas. Quare non est, cur in secunda editione *Cl. vir mihi placuisse* scribat, *Ipsius terminos recudendos* curare, ac si plagiarium egissem, quod tamen sola inspectio refutat.

PRÆFATIO.

DIETERICH in *Anfangsgründen der Pflanzenkenntniß* Lips. 1775. & in edit. Hda ib. 1785. 8. etiam data est.


Gallice eos explicarunt DALIBARD in *Flora Parisiensis* Par. 1749. 12. & PET. JOS. BUCHOZ in *Dictionnaire de Botanique* ib. Tomo IV. 1771. 12. Optime vero in *Encyclopédie rangée par ordre des Matières par Mr. le Chevalier DE LAMARK*, ib. 178 . 4.

Anglice in versione Philosophiæ botanicæ prodierunt, quæ nomen bene meriti hortulani, *Lee*, præsefert, revera autem facta est a Sir JOHN AYLES STYLES, qui latere maluit, Lond. . . . Inferta quoque est explicatio eorum Tomo II. Systematis Vegetabilis Cel. JO. HILLII Lond. 1761. fol. cum figuris. Sed data opera a JOH. BERKENHOUT in *Clavi Anglica lingue botanicæ, or a botanical Lexicon &c.* Lond. 1764. 8. min. & COLIN MILNE in *botanical Dictionary or Elements of systematic & philosophical Botany*, ibid. 1770 8. opusculo parum in Germania noto, at omnium, hujus generis quotquot novi optimo. Termini ipsi soli ex illa Upsaliensi Dissertatione recusi sunt Edimburgi, sed annum ignoro.

Suecica vocabula quædam adjecta sunt eidem primæ editioni ejusdem Dissertationis.

Hæc fere sunt, quæ Lectores monenda putavi. Si DEO O. M. visum erit sanitatem cum vita continuare, post unum alterumve annum Terminos *Zoologiæ* pari modo exerpere constitui, nisi quis interea locum occupat.

Dab. Hamb. d. 4. Jan. 1787.





V o r r e d e.

Was ich bey der ersten Ausgabe dieses Werks kaum erwartete, nämlich gelinde und freundschaftliche Richter zu finden, ist mir dennoch wiederfahren, und die Auflage bald genug vergriffen worden. Daher zeigte mir der Verleger an, daß er willens wäre, eine neue zu machen, und fragte, ob ich Verbesserungen und Zusätze dazu hätte? Da ich einigemal es bey meinen Vorlesungen über die Botanik gebraucht hatte: so hatte ich manches gefunden, wodurch es brauchbarer werden könnte, welches hier, nicht aus Eitelkeit, sondern um das Buch selbst recht zu gebrauchen, angezeigt werden muß.

Da das Werk blos für Anfänger bestimmt ist: so war zuvörderst der Mangel eines *Registers* der Kunstwörter ihnen sehr beschwerlich, weil sie so wenig wußten, unter welcher Abtheilung sie ein jedes derselben suchen sollten, als was es bedeute? deswegen hier ein lateinisches und teutsches beygefügt ist. Das teutsche (das schon vor 2 Jahren geschrieben worden) habe ich dem hiesigen sehr geschickten Apotheker Herrn *Oberdöser* zu danken, wo ich nur die Zahlen beygesetzt habe. Bey dem *lateinischen* habe ich einige *französische* und *englische* Kunstwörter gesetzt, aber nur die jeder dieser Sprachen eignen, weil die Botaniker beider Nationen zugleich mit dem *Linnaischen* System dessen Kunstwörter annahmen, und die meisten nur durch die veränderte Endigung in ihre Sprache übertrugen. Dieser Theil des *Registers* hätte freylich vollständiger gemacht werden können, theils aber war mir die Zeit zu kurz bey andern Geschäften während des Drucks mehrere aufzusuchen, und theils hielt ich es nicht sehr nöthig, da derjenige, der z. E. *AUBLETS* *französische* Beschreibungen zu lesen unternimmt, schon so weit seyn muß, daß er dergleichen Hülfsmittel nicht brauche. Die Kunstwörter also,
• ? die

Vorrede.

die blos der Endigung nach französisch oder englisch sind, muß man unter dem lateinischen suchen, von dem sie gemacht sind.

Das nächste was der ersten Auflage fehlte, war die *richtige Aussprache*. Wenn man diese nicht in der ersten Jugend lernt: so wird man in spätern Jahren sich schwerlich daran gewöhnen, wenigstens nicht ohne öfters anzustossen. Hiebey entstand aber eine Schwierigkeit, welche die Ausgabe fast ein ganzes Jahr verzögerte. Es waren nämlich in keiner einzigen Hamburgischen Druckerey die Lettern mit den Zeichen der langen oder kurzen Sylbe vorhanden, und hätten dazu erst eigentlich müssen gegossen werden, wenn nicht mein freundschaftlicher Verleger, der jüngere *Herr Herold*, sie anderswoher angeschafft hätte, dem ich dafür danke, daß ich meinen Wunsch, die Aussprache anzugeben, erfüllen konnte, so wie ich versichert bin, daß die Leser, die den Nutzen davon einsehen, es ihm auch Dank wissen werden. Diese hab ich nun so gebraucht, daß ich im *ersten* Theil jedes lateinische Kunstwort, da wo es zum erstenmale vorkommt bezeichnete, die folgendenmale aber auf die erste Stelle verwies; so wie denn auch dessen Erklärung nicht wiederholt ist. Doch habe ich weder die Sylben, die durch die *Position* lang sind, noch die, wo ein Vocal vor dem andern steht, bezeichnet, da jene selten, auch von denen, die die Regeln der Aussprache nicht wissen, kurz ausgesprochen werden; die letztern aber allemal kurz sind, wenn sie nicht von einem Doppellaut im Griechischen abstammen, in dem Fall aber hab ich sie bezeichnet; überhaupt aber keine andere Sylbe, als *die vorletzte*, da diese bey der Aussprache des Worts am meisten ins Ohr fällt.

Im *zweyten* Theile leitete mich der Ursprung der Namen, wenn sie griechisch, oder das Sylbenmaafs der Dichter, wenn sie lateinisch waren, in beiden half mir sehr ein Werk des *Olaus Borrichius* *), das ich ehemals zufällig traf. Wenn aber die Auctorität der Dichter mir fehlte, oder ein Lautbuchstab im Griechischen zweifelhaft war: folgte ich der Analogie, davon ich einige Beyspiele anführen muß, damit ich nicht das Ansehen habe, Neuerungen zu machen.

So

*) Ein fast vergessenes, aber hierzu sehr brauchbares Werk, besser als *Smeris* (sonst gute) Prosodia, worin (nur wenig Exempel dieser Art vorkommen. Der Titel heisst: *Olai Borrichii Lingua Pbarmacopocorum, s. de accurata vocabulorum in Pbarmacopoliis usitatorum pronuntiacione*. Hafn. 1670. 4. Er beweiset, darin die Aussprache mit Beyspielen aus Dichtern in beiden Sprachen.

Vorrede.

So ist lang auszusprechen

COMĀRUM	weil man spricht	<i>amārum</i>
SOLĀNUM	}	— — <i>montānus</i> *)
NOLĀNA		
PEUCEDĀNUM		
LANTĀNA		
SARĀCA	— —	<i>Securidāca</i>

Ausgenommen PLATANUS, welches kurz ist.

DATŪRA weil man spricht *Natura*

Kurz hingegen sind GUAJĀCUM, EXĀCUM, wie AMARĀCUS (Virg. Æn I. 693.)

— — — POLYGŌNUM, CHRYSOGŌNUM vom griechischen γογγυ.

Einige wenige, von denen nicht recht bekannt ist, wie sie müssen ausgesprochen werden? hab ich nach Gutdünken bezeichnet, z. E. *Bucida*, *Sanryda*. Alle Namen aber, die in *ia* und *ium* ausgehen, sind kurz, und nie hab ich jemanden BOERHAAVIA, REAUMURIA &c. sagen gehöret, daher ich bey diesen die Zeichen weggelassen. Hingegen sind alle, die sich auf *ea* und *eum* endigen lang: als wenn sie von griechischen Beywörtern in *εια* herkämen z. E. CENTAURĒA Κενταυρεια, u. s. f. das einzige *Forskohlea* ausgenommen, da sie vom Namen eines Botanikers genannt ist. Wenn die vorletzte Sylbe einen Doppellaut hat, hab ich nicht angezeigt, das sie lang sey, weil dies bey nahe jeder weiß.

Ich habe ferner dieser Ausgabe die teutschen Gattungsnamen von Herrn PLANER zugesetzt, um den Gebrauch derselben, soviel durch dieses Buch es möglich war, allgemeiner zu machen. Denn dies ist bisher die einzige Belohnung für die saure Arbeit dieses Mannes (da noch keine neue Gattung nach ihm genannt ist), der mit unglaublichem Fleiß und Geiste LINNE in Bildung der Namen nachgeahmt hat, wie ich an einem andern Orte umständlicher bewiesen habe. Denn da eine so große Verschiedenheit in den teutschen Gattungsnamen war (von denen der *Arten* nichts zu erwähnen) das kein

** 2

Gedäch-

*) Mir ist wahrscheinlich, das der Name *Solanum* eben so von *Solum*, wie von *Mons montanus* herkomme, da der eßbare Theil von *Solanum tuberosum* (der Cartoffeln) unter der Erde wächst (*sub Solo*); und vielleicht diese Art zuerst den Gattungsnamen erhalten hat. Diese Ableitung findet aber bey den übrigen nicht statt, und *Peucedanum* kan nach dem griechischen Accent allenfalls kurz ausgesprochen werden.

Vorrede.

Gedächtniß im Stande war, sie zu fassen und zu behalten, bis daß Er die Linneischen Gattungen übersetzte, auch seine gegebenen Benennungen zum theil schon gebraucht werden *): so glaubte ich, daß sie nicht geschwinder in mehrern Umlauf kommen würden, als wenn sie sogleich, bey Untersuchung des Characters der Pflanze dem Gedächtniß des Anfänger, gleichsam von selbst, eingepräget würden. Denn bey Einer Benennung muß man doch endlich bleiben; und ich sehe nicht ein, warum man nicht lieber die von Ihm gebrauchten, als andre, nach eines jeden Gutdünken verschiedne annehmen sollte? da er alle von Linne beschriebne Gattungen übersetzt hat. Es scheint mir hierin so zu gehen, wie bey den ersten Ausgaben der Werke des Linne selbst, dessen Namen, wiewol anfangs von wenigen gebilligt, allmählig doch von allen Botanikern auf der ganzen Erde angenommen sind. Warum sollten nun die Teutschen nicht die Namen ihres Landsmanns annehmen? Sie sind freylich nicht gemacht, um die in einzelnen Provinzen gangbaren Namen *in diesen* zu verdrängen; so wenig als ehemals die Linneischen, um die in den Apotheken gewöhnlichen zu unterdrücken; sondern damit jede Pflanze einen *bestimmten* habe, bey dem man sich sogleich den systematischen lateinischen denken könne; wie nützlich dies aber sey und wie bequem, bedarf keines Beweises. Deswegen hab ich mit Fleiß nichts geändert auch in den wenigen nicht, wo ich andre wünschte, aufser bey *Cneorum*, wie ich daselbst angezeigt habe. Wo aber zwey teutsche Namen stehen, ist der in () eingeschlossene der Planersche, der andre der, den ich vorziehe. Man vergesse aber nicht, vorher die angegebenen Druckfehler zu verbessern, welche gänzlich zu vermeiden, bey aller angewandten Sorgfalt unmöglich war.

Zugleich hatte ich noch eine Absicht, da ich bey den von Botanikern abstammenden Namen die teutsche Benennung wegließ. Denn ob dies gleich keinen Platz weggenommen hätte: so fällt es doch mehr in die Augen, wenn man gleich auf den ersten Blick (bey dem leeren Platz im Teutschen) sieht, welche Pflanzen nach Botanikern genannt sind, zumal diese nur blos in der Endigung von den lateinischen verschieden gewesen wären. Einige aber, die so lauten, daß man glauben möchte, sie wären nach Botanikern genannt, die es aber nicht sind, habe ich in () eingeschlossen, und bey der *Euphorbia* den bekanntesten teutschen Namen dafür gesetzt.

*) Z. E. in dem so nützlichen Werk von Hr. Zorn: Abbildungen von Arzeneygewächsen.

Vorrede.

gesetzt. Doch sind von diesen die neuen Gattungen des berühmten Hrn. THUNBERGS auszunehmen, denen (so wie in der Murrayschen Ausgabe des Systems) statt der Zahlen Punkte (. . .) vorgesetzt sind; auch hab ich diesen, sie mögen von eignen Namen gemacht seyn oder nicht, keine Uebersetzung ins Teutsche beygefügt.

Um ferner den Anfängern so viel möglich die Mühe des unnützen Suchens durch meine Arbeit zu erleichtern, und zugleich ihnen die Pflanzen ihres Vaterlandes bekannter zu machen (denn als Teutscher schrieb ich dies vornehmlich für Teutsche): so hab ich den Zahlen der Gattungen, von denen wenigstens Eine Art in Teutschland zuverlässig wächst (die Schweiz jedoch mit eingeschlossen), ein Sternchen * vorgesetzt. Wenn also jemand vom Pflanzensuchen auf dem Felde zurückkommt und sie hier nachsieht: so darf er, wenn er Classe und Ordnung gefunden, *nur die Gattungen* durchgehen, die das Sternchen vor sich haben. Wenn er aber in einem Garten Pflanzen gesammelt hat, von denen er weiß das sie ausländisch sind; so thut er das Gegentheil. Doch bin ich hierin vorsichtig gewesen, und habe auch die gemeinsten Gartenpflanzen ausgelassen, wenn ich nicht sicher wußte, das irgend eine Art der Gattung in irgend einem Theil von Teutschland wild wachse, z. E. Rosmarin, Narzisse &c. die ich nicht bezeichnet habe. Denn es ist lange so verdrießlich nicht, beym Nachsehen eine Pflanze unter den teutschen vergebens aufzusuchen, die es nicht ist, und hernach die als ausländisch von mir dadurch angegebenen das sie kein Sternchen vor ihrer Zahl haben, in derselben Abtheilung nachzusehen, als eine für einländisch zu halten die es nicht ist, wenn sie falsch bezeichnet wäre. Ich sahe nachher, als ich mit dem Vorzeichnen schon fertig war, (da, wie ich oben erwähnte, das Werk schon vor zwey Jahren bis zur letzten Durchsicht zum Theil geendigt war) das Hr. *Esper* in seinem Auszug des Linneischen Systems im Teutschen es mit den Arten auf ähnliche Art gemacht habe. Die Bäume aber, obsehon zum Theil fremder Herkunft (z. E. die Wallnuss) hab ich darum unter die einländischen mitgezählt, weil sie längst cultivirt sind; auch die häufig angebauten Kräuter, wenn sie auch nicht wild wachsen, hab ich mit einem Sternchen, aber eingeschlossen (*), bemerkt, z. E. Safran, Roggen und andre. Aber anzugeben, *welche Art die einheimische sey?* wie einige Freunde wünschten, war unmöglich, da dies auszumachen das *Systema Naturæ* oder die *Species Plantarum* durchaus nöthig sind.

Die Gattungsnamen sind aus der XIVten Ausgabe des Systems genommen, daher sind sowol die neuen aus dem *Supplement* als die *Thunbergischen* Gattungen der Vollständigkeit wegen dabey; wiewol nicht zu erwarten ist, das die, für welche dies Buch bestimmt ist,

Vorrede.

sie zu sehen Gelegenheit haben werden, so lange sie diess allein brauchen.

Die Anmerkungen über einige ausländische Gattungen, die ich von meinem Freunde, dem einsichtsvollen Hrn. *Vahl* erhielt, als er auf der Rückkehr von seiner vortreflichen botanischen Reise mich im Anfange des vorigen Jahrs besuchte, hab ich mit seiner Erlaubniß beygefügt, da er sie selbst gesehen und also ein gültiger Richter ist.

Zuletzt hab ich noch des Ritters *Bruchstücke der natürlichen Ordnungen* dem Werke hinzugefügt, daß wenn der Lehrer es für gut findet, er auch davon handeln könne. Ich durfte sie aber nicht so, wie sie sich in der *Viten* Ausgabe seiner Gattungen befinden, lassen, sondern habe zugleich die in den *Mantissen* von ihm angegebenen und aus dem *Supplement* die, welche deutlich waren, jeder Abtheilung mit dazwischen gesetzten Sternchen angehängt. Anders konnte und wolte ich es nicht machen. Denn diese auszusaffen, wäre unrecht gewesen, jede Gattung aber da einzuschieben, wo sie hingehöret, möchte den Anfängern wenig nützen, und für Geübtere nicht zweckmäsig scheinen, weil es nicht ohne große Schwierigkeit hätte geschehen können, da es bey einigen Gattungen zwar sehr leicht ist, ihre nächste Verwandtschaft einzusehen; bey andern desto schwerer; hier aber die Gründe nicht angegeben werden konnten, warum sie so oder so gestellet worden. Dies bleibt für ein ander Werk aufgehoben. Bey den *Vermischten* (LIV. Ordnung) habe ich in einigen die Verwandtschaft zu errathen gesucht. Das Verzeichniß der *Zweifelhaften* aber mußte ganz umgeschrieben werden.

Ich war noch Willens, die Literärgeschichte derer hinzuzusetzen, die von den Kunstwörtern gehandelt haben, kann aber, damit die Vorrede nicht zu lang werde, nur kürzlich ihre Namen anführen. *Hier. Bock* soll der erste gewesen seyn, der von den Namen der Pflanzen geschrieben hat, bey *Brunsfels* im 1sten Theil 1531. fol. aber diese Ausgabe hab ich so wenig gesehen als *Dav. Kyberi Lexicon botanicum*; *Argent?* 1533. 8? und vermüthe, daß diese Anmerkung des Hrn. *v. Haller* nur auf Gattungsnamen gehet.

LEONHARD FUCHS aber gab 1542. in seiner *Historia Plantarum*, Tub. fol. Erklärungen der eigentlichen Kunstwörter; und wie man sie von seiner Gelehrsamkeit erwarten konnte, recht gute. Auch gab sich unser Hamburgischer Professor *Joach. Jungius* viel Mühe damit, wie überhaupt mit der Botanik von 1640-1657, wie die nach seinem Tode herausgekommenen Werke: *Isagoge phyto-scopica* und *Doxoscopia physica minores* beweisen.

Von

Vorrede.

Von diesem hielt Jo. RAJUS sehr viel, der in der ersten Ausgabe seiner Flora Cantabrigiæ 1660 8. die Erklärungen der Kunstwörter und die Abstammung der Gattungsnamen hinzufügte; und jene vermehret auch vor dem 1sten Theil seiner Historia Plantarum Lond. 1686. fol. abdrucken liefs.

JOS. PITTON DE TOURNEFORT setzte gleichfalls die Erklärung der von ihm gebrauchten Kunstwörter schon in die erste Ausgabe seiner Elemens de Botanique (so musz der Titel in der lat. Vorrede heißen) à Paris 1694. 8.

Als aber CARL LINNE die Botanik umschuf, führte er viele neue Kunstwörter ein, die er aus den lateinischen Schriftstellern von der Landwirthschaft, dem ältern Plinius und den Dichtern nahm, die aber fast vergessen waren; gab jedem von ihnen seine bestimmte Bedeutung; erklärte diese aber erst in seiner Philosophia botanica Stockholm 1751. 8. nacher sammelte er sie aus dieser in einer besondern Disputation, die Jo. Elingren zu Upsal 1762. hielt, und die in dem Viten Bande der Amœnit. acad. S. 217. sich befindet (an der Zahl 673.) welche nachmals ohne weitre Erklärung zu Leipzig 1767 abgedruckt ist (707 an der Zahl; es fehlt aber der Abschnitt *Qualitas*). Mit Erläuterungen durch Exempel und Figuren wurden sie von Hrn. FRANC. XAV. LIPP unter dem Titel: *Enchiridion botanicum* zu Wien 1766. 8. und von Hr. CARL FRIED. REUSS im *Compendio botanico* Tub. 1774. und zum zweytenmale 1784. mit der teutschen Uebersetzung der Kunstwörter (nicht aber ihrer Erklärungen *) herausgegeben, dergleichen auch zum Theil schon Hr. CARL FRIED.

*) Dadurch unterscheidet sich eben mein Buch von dem seinigen, da Hr. Dr. Reuss sie lateinisch erklärt, ich teutsch; mit andern Worten: dasz Er die Kunstwörter *allein* übersetzt hat, ich die Definitionen derselben auch. Ich läugne auch nicht, dasz seine Arbeit vor der meinigen durch die Exempel und Figuren Vorzüge habe, und bin weit entfernt, die letztern zu verwerfen, ob ich gleich kein Freund der Autodidaxie bin, auch in der Botanik nicht. Gleichwol hab ich aus den in der Vorrede zur ersten Auflage angegebnen Gründen Bedenken gehabt, sie bey dieser zuzusetzen. Daher sehe ich nicht wie der Hr. Dr. Reuss in der Vorr. seiner 2ten Ausg. sagen können: *ich hätte seine Kunstwörter abdrucken lassen.* als wenn ich ihn blos abgeschrieben oder geplündert hätte, da doch der Augenschein lehret, dasz ich sie zwar genutzt, aber doch die Erklärungen hinzugehan habe.

Vorrede.

FRIED. DIETERICH in den *Anfangsgründen der Pflanzenkenntniß* Leipz. 1775. und in deren zweyten Ausgabe 1785. 8. geliefert hat.


Französisch wurden sie vom DALIBARD in seiner *Flora Parisiensis* zu Paris 749. 12. von PET. JOS. BUCHOZ im *Dictionnaire de Botanique* daselbst 1771. 12. im IVten Theil; und von JEAN JACQUES ROUSSEAU in *Œuvres posthumes* T. IV. Genev. 1782. 8. (den ich in der lateinischen Vorrede zu nennen vergaß); am besten aber vom Chevalier DE LAMARK in der *Encyclopédie rangée par ordre des Matières* à Paris 178.. 4. erklärt.


Englisch sind sie in der Uebers. der Philos. bot. des Ritters enthalten, die unter dem Namen des verdienten Gärtners, Lee, heraus kam Lond. . . . in der That aber von Sir JOHN AYLES STYLES gemacht ist, der unbekannt bleiben wolte. Auch sind sie in des berühmten JOHN HILL's *Vegetable System* im 2ten Theil Lond. 1761. fol. mit Figuren eingerückt. Aufferdem aber noch von JOHN BERKENHOUT in *Clavi Anglica Linguae botanicæ or a botanical Lexicon* Lond. 1764. klein 8. und von COLIN MILNE in *botanical Dictionary, or Elements of systematic & philosophical Botany*, das. 1770. 8. welches Werk in Teutschland wenig bekannt, aber das beste dieser Art ist von allen die ich kenne; auch weit mehr enthält als die Terminologie. Zu *Edinburg* sind die Kunstwörter allein aus obgedachter Upsalthen Dissertation abgedruckt, ich weiß aber das Jahr nicht.

Schwedisch sind einige Benennungen eben dieser ersten Ausgabe derselben beygefügt.

Dies war es, was ich meinen Lesern zu sagen hatte. Läßt mich Gott leben, und gesund bleiben; so möchte ich nach ein Paar Jahren die Kunstwörter *des Thierreichs* auf ähnliche Art wol herausgeben, wenn nicht ein andrer mir zuvorkommt.

Hamburg, den 4. Januar 1787.





PRÆFATIO LINNÆI

IN

GENERA PLANTARUM.

*Opera Domini omnia sunt optima, nec licet dicere: quid hoc?
quorsum hoc? omnia enim in usus suos creata sunt.*

Syrach. xxxix, 21. 26.

I. **O**mnia, quæ a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara Methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Hæc Methodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idea. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis necessaria evadit. Nullibi tot objecta humanis sensibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum istum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo si ullibi pura methodus e re est, sane hic; si Vegetabilium claram ideam obtinere sperabimus: hinc CÆSALPINUS: *Nisi in ordines redigantur Plantæ, & velut castrorum acies distribuuntur in suas classes, omnia fluctuari necesse est.*

2. Nota itaque ei sunt Vegetabilia, qui (1) similia similibus conjungere, & dissimilia a dissimilibus separare novit.

3. *Botanicus* est ille, qui Vegetabilia similia similibus, & distincta distinctis Nominibus, cuicumque intelligibilibus, noscit (2) nominare.

4. *Nomina* (3) Plantarum sunt *Generica* & (ubi plures species) *Specificæ*. Hæc debent esse certa & fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia antequam esse possunt, necesse est, ut sint imposita certis nec vagis generibus (2. 6.): his enim vacillantibus vacillant & Nomina, ac per consequens Doctrina Botanici (3).

5. *Species* tot sunt, quot diversas & constantes formas in hoc globo produxit Infinitum Ens; quæ formæ secundum generationis inditas leges producunt plures, sibi similes, quam quæ fuere. Ergo *Species* tot sunt, quot diversæ formæ seu structuræ Plantarum, rejectis istis, quas locus vel casus parum differentes (*Varietates*) exhibuit, hodiernum occurrunt.

6. *Genera* autem tot sunt, quot attributa communia proxima distinctarum specierum (5), secundum quæ in primordio creata fuere: confirmant hæc revelata, inventa, observata. Hinc

Omnia Genera naturalia sunt.

Non enim licet conjungere sub eodem genere Equum & Suem: licet ambæ species monungulæ essent; nec Capreolum, Rangiferum & Alcen genere distinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenta & sedula observatione inquirere debemus, cum *a priori* difficiliter determinentur, licet hoc opus hic esset labor, nam *confusis generibus omnia confundi necesse est.* Cæsalp.

7. A *Fructificatione* plantas distinguere in genera (6) Infinitæ Sapientiæ placuisse detexit posterior ætas, & quidem primus, seculi sui ornamentum, CONRADUS GESNERUS, uti patet ex Epistolis ejus posthumis, ex tabulis per *Camerarium* editis. Quamvis primus qui summum hoc inventum in usum deduxit, ANDREAS CÆSALPINUS fuerit. At exspirasset mox, nisi ROBERTI MORISONI cura resuscitatum fuisset, & a JOSEPHO PITTONIO TOURNEFORTIO ad regulas Systematicas puras enutritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroës.

8. Dato hocce fundamento (7), hocce puncto fixo, mox in usum vertere, mox Systema struere allaborarunt omnes hisce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, & in eundem finem, at non omnes eodem cum successu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem si non observant ædiles, illico ruit prima oborta tempestate splen-

splendidissimum quamvis ædificium: BOERH. Inst. 31. DOCENTI procedendum a generalibus ad singularia quæque, dum inventa explicat, ut INVENTORI, contra, a singularibus ad generalia eundem fuit. Assumserunt enim varii diversas partes Fructificationis pro principio Systematico, & cum eo secundum divisionis leges a Classibus per Ordines descenderunt ad Species usque, & hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt & dilacerarunt naturalia (6) genera; naturæque vim intulerunt: e. gr. alius a *Fructu* negat genere conjungi posse Persicam & Amygdalum; alius a *regularitate Petalorum* negat Valerianam & Valerianoiden Kn.; alius a *Numero* negat Linum & Radiolam Dill.; alius a *Sexu* negat Urticam androgynam & dioicam &c. genere inter se combinari posse; quod si, dicunt, non classe conjungi possunt, multo minus genere; sed non observant se construxisse Classes qualescunque, ipsum vero Creatorem Genera. Hinc tot falsa genera! tot controversiæ inter Auctores! tot mala nomina! tanta confusio! Imo eo tandem redacta est res, ut quoties surgat novus Systematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et nescio sane ipse, num plus damni vel emolumenti attulerint Systematici, certe si indocti conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent hæc fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec sine ratione. Fateor, Theoria eorum quod optima esset, si modo Summo Conditori placuisset omnes fructificationes ejusdem generis æque similes inter se produxisse ac individua ejusdem speciei. Quod cum factum non sit, nihil superest aufugii, quin Nos, qui naturæ Magistri esse non possumus, nec secundum nostrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmet ipsos Naturæ legibus subjiciamus, Notasque plantis inscriptas solerti studio legere addiscamus. Si singula differens nota fructificationis sufficiens dijudicaretur pro distinguendo genere, quid hæsitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere sunt species; vix enim noti nobis sunt duarum specierum flores, inter se adeo similes, quin aliqua intercedat partium differentia; Et allobaravi quoque quondam a solo flore etiam differentias specificas tradere omnes, licet, facilius cum detur via, sæpe minus fructuoso conamine.

Agnoscentia itaque suadeo omnibus Botanicis sanis, si quæ certitudo unquam in arte desideretur, *Genera & Species esse naturalia omnia*, sine quo assumpto principio nulla salus in arte potest obtineri. F. B. 132. 157. Supponamus DEUM T. O. ab initio creasse unicam tantum speciem e quovis genere. Supponamus etiam has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab aliorum generum speciebus fecundatas; sequeretur inde quod plures orirentur Species, dum hæ floribus structura evaderent quodammodo matri similes, at Herbæ structura Patri. *confer. Amœn. acad. 6. p. 279.*

9. Assumpto hocce postulato (8) procedant secundum suam Methodum singuli; dividant Genera hæc in Ordines & Classes; Cæsalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a *Fructu*; Tournefortius a *figura Corollæ*; Rivinus a *numero & æqualitate Petalorum*; Magnol a *Calyce*, & nil noxæ adferent hæc methodi omnes: Sed contra si bene elaboratæ, summam utilitatem, dum videre licet, quantum hæc vel illa pars fructificationis considerata valeat in his vel illis Classibus naturalibus. Parum refert, qua methodo potestis pervenire ad genera facillima via. Ista reliquis præferenda est, quæ certiori tramite securius ad ea ducit; quæque maxime universalis est; vix enim credo ullos facili adeo natos esse memoria, ut, absque Systemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viæ dux; Ordines enim sunt Classes subalternæ: & pauca distinguere genera facilius esse, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego, æque dari Classes naturales ac Genera naturalia; non nego, quin methodus naturalis & nostræ & omnium inventarum methodis longe præferri deberet, sed rideo omnes methodos naturales hæcenus exclamatas, & in me defensionem provocatus suspicio, quod nulla, ne unica classis, antea data, in ullo systemate, naturalis sit, quamdiu ista genera illique characteres, qui jam sunt, sub iisdem militant. Facile est maximam notorum generum partem ad suas classes naturales amandare, at eo difficilius reliqua. Nec sperare fas est, quod nostra ætas Systema quoddam Naturale videre queat, & vix feri Nepotes.

Attamen

Attamen plantas nosse studemus; ideoque interim Artificiales assumendæ sunt Classēs & succedaneæ. *Classēs Naturales* omnibus arriderent, modo quis earum caracteres eruere posset; has autem sistere absque caractere, propria genera comprehendente & alia remouente, esset idem ac omnem methodum rejicere & ad accensam facem velle cœcutire. Veteres tempore Bauhinorum arcte classibus naturalibus adhærebant, sed deficiebat caracter nondum rite detectis fructificationis partibus, usque dum Tournefortius clara fructificationis luce descendebat ad obscura antea genera. e. gr. Conveniat necesse est *ordine naturali* Melianthus, Epimedium, Hypecoum, Fumaria, Impatiens, Utricularia &c. sed quis ex ulla fructificationis parte dabit caracterem combinantem & distinguentem? Flores *Compositi* comprehendant Corymbium calyce unifloro; Erigeri speciem Filamentis quatuor; Kuhniam Antheris distinctis; Strumpfiam Fructu baccato; quis umquam potuit dare caracterem hos determinantem nec alienos?

IO. Assumtis Generibus naturalibus (6.7.) ad ea tenenda pura & inculcata duo requiruntur, ut scilicet veræ Species, nec aliæ, ad sua genera reducantur; utque genera singula veris circumscribantur limitibus & terminis, quos *Characteres* vocamus *genericos*.

II. *Characteres* hos (IO) dum Auctores evolvo, reperio nullos certos & fixos ante *Tournefortium*, ut Ipsi non immerito inventionis gloriam circa genera concedere debeam; dedere & alii Systematici aliarum sectarum, ego tamen nullos antecessorum intelligo præter Tournefortii eorumque, qui ejus vestigia presserunt, uti *Plumerius*, *Petitus*, *Boerhaavius*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Ruppius*, *Pontedera*, *Buxbaumius*, *Michelius* & pauci Alii; quorum quidem plures, quamvis a Classibus & Ordinibus seu methodo Tournefortiana recesserint, in Generibus tamen ejus asseclæ fuere. Assumit Tournefortius *Petala* & *Fructum* pro notis generum diagnosticis, nec partes alias; assumsere & eadem ejus asseclæ fere omnes: at Recentiores obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes solas pro generibus omnibus distinguendis non sufficere intellexerunt

ac inde ad habitum, faciemque plantarum; folia puta, situm floris, caulem, radicem &c. confugere sese coactos crediderunt, id est, recessere a fundamento fructificationis (7), & ad priorem barbariem descenderunt. Quod quam malo omine factum, facile esset demonstratu, si locus & tempus hæc in præsentis non prohiberent. Quidquid demum sit, tamen agnoscam partes non sufficientes esse, a Tournefortio descriptas, ut si sola petala & fructus vota hic ferant, & ego omne fructificationis mysterium negarem, respueremque. Sed quæso, quæ docuit unquam ratio, quod a solis hisce notæ sint petendæ? quæ docuit unquam autopsia? quæ revelatio? quæ a priori vel posteriori desumpta argumenta? sane nulla. Auctoritatem agnoscimus nullam nisi autopsiam solam in Re Herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illæ agnoscendæ, aliæ non? nonne idem qui creavit istas, creavit & reliquas? nonne aliæ æque necessariæ sunt partes in fructificatione ac unquam illæ? patent nobis

CALYCIS

1. *Involúcrum.*
2. *Spatha.*
3. *Perianthium.*
4. *Amentum.*
5. *Gluma.*
6. *Calyptra.*

COROLLÆ

7. *Tubus seu unguis.*
8. *Limbus.*
9. *Nectarium.*

STAMINUM

10. *Filamenta.*
11. *Antheræ.*

PISTILLI

12. *Germen.*
13. *Stylus.*
14. *Stigma.*

PERICARPII

15. *Capsula.*
16. *Siliqua.*
17. *Legumen.*
18. *Nux.*
19. *Drupa.*
20. *Bacca.*
21. *Pomum.*

SEMEN

22. *eiusque.*
23. *Corona.*

RECEPTACULUM

24. *fructificationis,*
25. *floris,*
26. *fructus,*

Plures sane hic partes, hic literæ, quam in literis linguarum seu alphabetis. Hæ notæ omnes sunt nobis totidem literæ vegetabilium, ex quibus lectis characteres (10) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. *Tournefortius* suis characteribus stupenda præstitit, cum vero dein detecta sunt tot tamque multa & nova genera, nostrum erit ejus principiis quidem inhærere, sed ea augere novis inventis, ut scientia accrescat.

13. *Icones* solas pro determinandis generibus non commendo. Antequam literarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus præsens esse non potuit, at inventis his facilior certiorque nascitur via communicandi ideas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas literas (11) figuræ hæc auxilium præbuere summum; at datis his compendiosiori itur via; nobis sunt literæ ultra viginti sex (11), quibus scribamus nostras ideas.

α. Ab icone enim quis potest unquam aliquod argumentum firmum desumere, sed a verbis scriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in opere aliquo in usum traherem recenseremque, non possum semper commode icone depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at descriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, different partes, uti numero vel figura inter se in distinctis speciebus, tenerer tamen tradere partium situm & proportionem. Non possum hæc ullo modo exprimere icone, nisi totidem darem figuras

Si itaque 50 essent species, & totidemque deberem tradere picturas, quis ex hisce tam multis ullam certitudinem elicere posset; at in descriptione differentes partes filere, convenientes describere facilius longe est labor, intellectuque facillimum.

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas æque clare, si non clarius, ac alii splendidissimis suis iconibus. Huic viæ institit primus magnus BOERHAVIUS; ea autem incedere cum Eo via, quam patefecit, tentavit nemo.

15. Triplici modo obtinentur Characteres (11) Generici; *Factitii* scilicet, *Essentiales* & *Naturales*. F. B. 186-302.

16. *Factitius* (15) Character unicam notam generi imponit, qua unum a reliquis sub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) distinguere tenetur. Character ejusmodi est intellectu omnium facillimus, & instituitur per Dichotomias seu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in præcedentibus Synopsis editionibus), Knautio, Kramero datus. Sane si nulla unquam dubia moveruntur de Classe vel Ordine, & omnia in rerum natura existentia Genera detecta essent, reliquis facilius foret: quæ cum detecta non sint, nec esse possint, fallit & fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, fallaces evadunt proximi & quotquot e ramo, cui annecti debet, enati sunt characteres.

17. *Essentialis* (15) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriissimam subministrat. Hic commendat se brevitate & certitudine, uti in Parnassia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a solis nectariis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus Generibus, maxime hæreo; vellem enim essentialis videre Characteres in Umbelliferis, aliisque.

18. *Naturales* (15) itaque heic trado Characteres qui notas facile omnes in fructificatione obvias & communes exhibent: tales ante me, quantum novi, dedit nullus.

Ufus & prærogativæ Characteris Naturalis sunt:

α. Applicabilis est ejusmodi Character Methodis omnibus datis & dandis, si modo indestructibili fundamento fructificationis superstructum sit Systema. Desumat quis Methodum vel a *calyce*, vel *corolla*, vel *staminibus*, vel *pistillis*, vel *fructu*: idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus.

Antea necesse fuit tot componere characteres omnium generum, quot prodire Systemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam eam ob Causam Generi Naturali proximo vel addere vel auferre necesse est, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Distincte potest tradi absque methodo hic Character seu Generis hæc definitio, in quocunque libro placet, æque perfecte teneri & intelligi, ac dum sub sua militabat classe.

δ. Exprimit eandem ideam, si vel nomina millies mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus necessario ab aliis distingui debet subjectum Genus: hæ confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notæ aliquæ superflue sint, si omnia detecta essent Genera, ferus determinabit dies.

19. *Notas* in describendo singulas partes fructificationis selegi certas & reales, nec vagas vel lubricas. Assumere alii sæpe saporem, odorem, colorem, magnitudinem (absque proportionem). Has apud

me allegatas nunquam videbis, sed tantum quatuor ista certa & firma principia mechanica: *Numerum, Figuram, Situm & Proportionem*. Hæc quatuor Attributa, cum Literis istis viginti sex (II) distinguunt Genera adeo certo a se invicem, ut ne quid supra; non deficient notæ pro generibus determinandis, hisce solis consideratis; sed superflua forent reliquæ, nec cogit ulla necessitas ad habitum plantarum confugere, qui mutus est.

